Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1655

Quelle:
Copyright:

XIX. continet gaudentem sequenti titulo: *Originali Lettere del glorioſiſſimo S. Carlo Borromeo Arciveſcovo di Milano, Cardinale ampliſſimo di S. Romana Chieſa del Titolo di S. Praſſede con la Sottoſcrittione della propria ſua Mano, dedicate alla S. Maeſta Ceſ. di Ferdinando Secondo Noſtro Graciosiſs. Signore.* Qui brevi Adlocutione dicat, est *Joh. Franc. Arquatus*, ille fortassis, quem patria *Tarvisinum* in *Portu Nuonis* Protomedicum egisse et circa an. 1608. scripsisse *Medicum Reformatum* testatur *Mazzuchellius in Scritt. d'Italia Vol. I.* P. 2. p. 1120. ad quem an e Tabulario Episcoporum *Vercellensium*, an vero e Domo illustri *Ferreriorum* pervenerint, ignoro. Sunt enim omnes scriptae ad Card. *Guidonem Ferrerium* et quod e Matre *Borromea*, et eximiis animi dotibus, et Subfraganeus Archiep. *Mediolanensis* esset, S. *Carolo* multum acceptum. Ab Amanuensibus nitide exaratas subsignavit ille singulas hac ratione: *Humill^o Ser^re C. Car^le Borromeo.* Versantur autem circa Res ecclesiasticas, officia Episcopi, negotia Dioeceseos, celebrationem Synodorum, acta apud Pontificem, idque inter annos 1562—66. partim *Romae*, ubi *Carolus Pio* IV. Pont. adesse debebat, partim *Mediolano* datae, et quidem sermone italico praeter XII. XIII. XVI. XVII. XVIII. quae latinae sunt. Atque ut usui ejus, qui sanctissimi et sapientissimi Praesulis nostri *Epistolas* universas in unum lectas olim vulgare in animum induxerit, quodammodo serviam, en singularum initia et chronologiam,

I. *L' officio, che V. S. Ill^ma ha fatto* &c. Roma. 20. Febr. 1563.
II. *La Città de Faenza* &c. Roma. 5. Oct. 1562.
III. *Tengo quattro lettere* &c. Roma. 24. Oct. 1562.
IV. *Ho ricevuto la lettera* &c. Roma. 19. Dec. 1562.
V. *Se dopo la morte del S^or. Conte mio fratello* &c. Roma. 6. Jan. 1563.
VI. *Tengo aviso da Mr. Paolo Patrocinio* &c. Roma. 6. Mart. 1563.
VII. *Il partito che V. S. Ill^ma. propone* &c. Roma. 24. Mart. 1563.
VIII. *Hauendo io communicato* &c. Roma. 24. Jul. 1563.
IX. *Innanzi all' arrivo delle lettere* &c. Roma. 28. Aug. 1563.
X. *La lettera di V. S. Ill^ma. di 28.* &c. Roma. 11. Dec. 1563.
XI. *Quanto prima hò potuto* &c. Roma. 25. Oct. 1564.
XII. Quam utiles quamque necessariae sint &c. *Roma. 30. Sept.* 1564.
XIII. Cum a sacrosancto Tridentino &c. *Roma. 15. Apr.* 1564.
XIV. *Il desiderio che hò di seruir* &c. Roma. 16. Dec. 1564.
XV. *Ho ueduto quanto V. S. Ill^ma.* &c. Roma. 10. Febr. 1565.
XVI. Exemplum litterarum quas mihi &c. *Mediolano. 29. Maj.* 1565.

XVII.